

hoc longe est ab illo. Quando aliquos duos forte homines compara-
 mus. duos equos. duas uestes & dixerit aliquid simile haec uestis ta-
 lis est qualis illa. aut iste homo talis est qualis ille. Quid alius dicit
 qui contradicit. Absit. longe est ab illo. Quid est longe est ab illo.
 Dissimilis est illi. & iusta stant & tamen iste longe est ab illo. Duo
 uero iniqui pares uita & moribus. si unus sit in oriente. alter in occi-
 dente. iuxta inuicem sunt. Et duo iusti similiter alter sit in oriente
 alter in occidente. secum sunt. quia in dō sunt. Contra unus iustus
 alter iniquus etiam si una catena ligentur multum a se separati sunt.
 Ergo si dissimilitudine recedimus ad dō. similitudine accedimus ad dō.
 Qua similitudine. ad quam facti sumus. quam in nobis peccando cor-
 ruperamus. quam peccatorum remissione recepimus quae in nobis
 renouatur inuis in mente ut tamquam resculpatur in nummo. Idest
 in anima nostra imago dñi nr̄i et redeamus ad thesauros eius. Nam & un-
 de fratres de nummo uoluit dñs nr̄i ih̄s xp̄s ostendere temptatoribus
 suis quid querat dñs. quando enim de tributo caesaris querentes causa
 calumniae consulere magistrum ueritatis uoluerunt. Et consulen-
 do temptare. utrum licet & tributum dari caesari. Quid ille ait.
 Quid me temptatis hypocrite. petit afferi sibi nummum & allatus
 est. Cuius habet inquit imaginem. Responderunt caesaris. Et ille.
 Reddite ergo caesari quae caesaris sunt. & dō quae dñi sunt. Tamquam
 dicitur & si caesar quaerit in nummo imaginem suam. dñs non quaerit
 in homine imaginem suam. Ad hanc similitudinem nos dñs nr̄i ih̄s
 xp̄s inuitans. Imperat nobis ut nos ipsos & iam inimicos diligamus.
 Et dicit exemplum de ipso dō. sicut pater uester ait qui in caelis est. qui
 solem suum oriri facit super bonos & malos & pluit super iustos & in-
 iustos. Estote ergo sicut pater uester perfecti. cum dicit estote si-
 cut ille perfecti. ad similitudinem nos inuitat. Si ergo ad similitu-
 dinem nos inuitat. constat quia dissimiles existendo recesseramus